

X.

A N O N Y M I

VETERIS PHILOSOPHI  
CONSILIVM CON-  
iugii, seu

*De Massa Solis & Luna*

LIBRI III.

*Verè aurei, & Incomparabiles.*

EX ARABICO IN LATINVM  
sermonem reducti.

INCIPIT PRIMVS LIBER CONSILII CON-  
iugij, de massa Solis & Luna cum suis  
Compendiis.



NON legitur à divina munificentia ma-  
ius emanasse donum sapientia, Vnde  
Hamuel, recommenda memoriae, exor-  
na conscientiam, magnifica scientiam.  
Qui enim spernit scientiam, spernit il-  
lum Deus sublimis & gloriosus; sapien-  
tes verò & electi servi Dei, quorum vnus  
post alium, hanc sibi hereditavit sapien-  
tiam gratia & dono Dei, cuius nomen Domini sit benedictū  
vt sibi facerent memoriam perpetuam posteris, de hac libros  
suos conscripserunt, typicis & tropicis locutionibus vela-  
tos. Nisi enim hanc scientiam posteris descripsissent secu-  
lis oblivioni dedita periissent, sicut & domini eius mortui.  
Sunt enim libri vasa memoriae, & fama perpetua sapientum.  
Ne autem hæc sapientia & donum Dei altissimi hilariter elar-  
gitum microcosmo ad interitum tenderet, Deo volente phi-  
loso-

Volum. 5.

Hh

loso-

*Memoria n  
Hh in  
libris.*